

bilis vel praeconis. Alii, qui rei videntur, in curia^a custodiantur, donec per^b ius exeant.

(9) Rei autem sive fures sic sunt custodiendi. Qui habent mansus sive scopozas^c, facientes opera dierum, i. e. tagewane, debent custodire hos per diem pro opere unius diei, ein^d tagewan, et per noctem pro opere duorum dierum; et si vult habere focum, secum ferat ligna custos. Si reus autem vel fur fugit, postquam deputatus est his custodibus, deputabitur custodibus et non curiae.

(10) Cum^e nuncius advocati venerit volens educere furem, veniet ad portam curiae poscens ibidem captum, quem adducet praeco stansque in porta reddens furem cum una manu, recipiens quinque solidos Argentinensis monetae cum altera; sicque advocatus abducet furem iudicabitque secundum legem statutam.

(11) Abbas cum iure potens est cogere unumquemque hominem, qui est sanctae Mariae et non dat censum de suo corpore, in suam curiam.

(12) Huic datur praebenda talis: CXX manipuli post triticum optimi frumenti, scilicet^f avenae. Huic autem^g deputantur tria iugera in unoquoque campo pro vestitu, quod dicitur vulgo gewerland^h, huic etiam deputatur vacca cum vitulo et cum fimo, quem faciuntⁱ ista duo animalia, et quicquid verritur^k de domo stercorebit iugera haec.

(13) Qui^l bubulcum habebit et huic datur plena praebenda.

(14) Hi duo mutuabunt ita culturam iugerum suorum, uni fiet aratio in uno sabbato alii in altero.

(15) Præterea statutum est, quod abbas habeat tria iudicia, quae dicuntur dinc. Haec autem ante præcipienda sunt in vespera et in crastino peragentur. Omnes autem, qui habent domus in eadem parrochia, debent convenire ante praesentiam abbatis, ut perficiantur iura statuta; et iudicabit sibi primo, deinde omnibus, qui quaerimoniam aliquam habuerint; et iura curiae sunt recitanda.

(16) Post haec tria dinc statuta sunt tria dingis tagedinc, in quo sunt iudicanda, quae prius iniudicata relinquebantur, et citandi sunt, qui in priori non aderant.

a) 'curiam' corr. 'curia' 1 nach Br. b) 'exeant cum iure' 2. c) So bessert Bloch mit Recht; 'scopohas' 1; 'sceopotias' 2. d) 'ein tagewan' übergeschrieben 1. e) 'Cum — legem statutam' steht in 1 fälschlich hinter 'Abbas cum — avenae', doch ist die richtige Stellung durch Ziffern angegeben. In 2 ist die Anordnung die richtige. f) So Gothein; 'sit' (simul) 1; 'similiter' 2. g) 'etiam' 2. h) Am Rande: 'gewand' 1. i) 'faciant' 1. k) 'vertitur' 1. l) 'et' 2.